Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 300

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 217.

" Nuerenbergenses in foro consciencie et pro
" animarum suarum salute super transmis,
" sis articulis pie petant edoceri". Annino,
,ta nulla adjecta est. Simile responsum ex,
,hibet Schellhorn in amoenit: litt: T. XI. p: 222.
Sed nostrum non est.

Cod: CCXCIX.

L. 4. 2.

Chartac: Fol: Saec: 15.

Francisci de Woytzdorff Ser,
,mones de tempore.

Rubrica est: " Incipit pars yemalis de tempore
Eximii doctoris Magistri francisci de Woytz,
,dorff". Verum non hyemalis tantum, sed etiã
aestivalis Sermonum pars habetur. Primus
incipit: " Cum appropinquasset Jesus Jhe,
,rosolymis &c: Hoc Evangelium bis legi,
,tur in anno". In calce additur: "Woytz,
,dorffer. De hoc Doctore nuspiam aliquid
reperi.

Cod: CCC.

L. 5. 2.

Chartac: Fol: Saec: 16.

Joann: Fabri Ep: Vienn: Consti,
,tutiones pro Col,
,legio ad S. Ni,
,colaum.

Joannis Fabri Episc: Vienn: Constitutiones,
quas convictoribus ad S. Nicolaum Viennae
observandas praescripsit. Incipiunt: " Nos
Joannes Fabri Doctor. Dei et sancte Apo,
" ,stolice Sedis Romanae gratia Episcopus Vi,
" enna Austriae. Finiuntur hisce: " Acta et con
" stituta sunt hec in arce nostra ad S. Vitum
" supra fluvium Viennam prima die Novem,
" ,bris, qua celebratur festum omnium Sanc,
" ,torum, anno a Christo Jesu nostro nato
" millesimo quingentesimo quadragesimo. Aeta,
" ,tis vero nostrae sexagesimo secundo".

Joannes Faber, Ord: Praedic: Episcopus Vi,
,ennensis, strenuus fidei contra Lutheri sectam

defensor, pietate, et doctrina clarus obiit anno 1541. Plura vide apud Quetif Tom: II. p. 111. Script: Univers: Vienn: par: II. p: 57. Epitaphium illius exhibet Lambec: in Coment: Bibl: Caesar: Lib: II. pag. 1011.

Cod: CCCI.

Membran: Fol: min: Saec 16 et 17. L. 5.3.

Catalogus convictorum ad S. Nicolaum Vienn:

Catalogus convictorum in Collegio ad S. Nicolaum Viennae, a Joanne Faber Ep: Vienn: dotato, una cum inventario domesticae supellectilis. Quisque alumnorum propria manu suam testatur erga fundatorem gratitudinem, quorum primus est Petrus Fabri Iro, nepos Episcopi aõ 1538. postremus Joannes Hipschauer, aõ 1603.

Cod: CCCII.

Chart: 4. Saec: 15 et 16. 117. L. 6.4.

1.

Hieronymi Megiseri Deliciae ordinum equestr: teuton: idiomate

1a – 77a

Hieronymi Megiseri Deliciae ordinum equestrium, idiomate teutonico. Dedicavit hoc opusculum author Deputatis Statuum Carinthiae aõ 1593. Possidet Biblioth: nostra editionem, Lipsiae 1617. 8. quam author dedicavit comitibus de Donna 1 Mart 1617. Nomina Comitum: Achatius, et Christophorus. Caetera cum codice ms: conveniunt.

Hieronymus Megiser natus Stuttgardiae, Lipsiae Professor extraordinarius, ac Historiographus Saxoniae, obiit Lincii Austriae non

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 300

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27651

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)